

Ego & pater unum sumus: Sustulerunt lapides iudei
 ut lapidarent eum: Respondit ih̄s: Multa opera bona
 ostendi uobis & pater meo propter quod eorum opus
 me lapidatis: responderunt ei iudei: De bono opere non
 lapidamus te: sed de blasphemia: Et quia tu homo
 cum sis facis te ipsum dñm: Respondit eis ih̄s: Nonne
 scriptum est in lege uxor quia ego dixi ueritas: si uos
 dixit deos quos sermo dicit factus est: & non potest solui
 scripturae: quem pater sanctificauit & misit in mundum:
 uos dicitis quia blasphemus est: quia dixi filius dei sum:
 si non facio opera patris mei nolite credere mihi: si autem
 facio & si uobis non uultis credere: operibus credite:
 ut cognoscatis & credatis: quia in me est pater & ego
 in patre: **Q**ueriebant ergo eum adprehendere &
 exiit de manibus eorum: Et abiit iterum trans iordanem
 in eum locum ubi exerat iohannes baptizans primū &
 mansit illic: **E**t multi uenerunt ad eum: & dicebant:
 Quia iohannes quidem signa fecit nullū: Omnia autē
 quaecumque dixit iohannes de hoc uere exerat & multi
 crediderunt in eum: Exerat autē quidam languens laza-
 rus ab achana de castello marie & marthe sororis
 eius: Maria autē exerat quae unxit dñm unguento:
 & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus
 infirmabatur: Miserunt ergo sorores ad eum dicentes:
 Dñe ecce quem amas infirmat: Audiens autē ih̄s
 dixit eis: Infirmitas haec non est ad mortem: sed pro
 gloria dei: ut glorificetur filius dei per eam: dilige-
 bat autē ih̄s martham & sororem eius mariam:
 & lazarus: Ut ergo audiuit quia infirmabatur:
 tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus:

10. 27. 11.
 10. 27. 11.
 10. 27. 11.

10. 27. 11.
 10. 27. 11.